na uox, ut in Ecc.ae ptate et eius imperio audientes simus, qui id fieri
posset, si eam ignoraremus! Esse igr, et quidem ita esse, ut perpetua
futura sit; ut caelestiui et potestate regatur; vt portae inferi non
sint praeualiturae aduersus eam. Hanc autem esse vnam, quia
uera; veram, quia vna, et à falsis facile dignosci posse, si quis
non ex praeiudicata quadam opinione de ijs, qui eius partes admi-
nistrant, sed ipsam ex ipsius proprietatibus et natura consideret.
Quarum prima illa est, quod non ab ullo homine, sed ab ipso Deo
originem ducit, et ab Aplis perpetua successionum serie ad nrum
tempus continuata sit: Deinde Ecc.ae doctrinam, ut ab ipsis olim
tradita fuit Apostolis, ita seruatam esse, non temporibus, non re
vlla variatam. Atq hunc uniusmodi et perpetuum fidei tenorem
propriu esse Catholicae Ecc.ae et hoc maxime priuatos quorundam coe-
tus ab Ecclia dissidere. Patere cunctis innumerabiles de maxi-
mis rebus controuersias, quibus inter se concertant, qui suum sensu
pluris quam Ecclia vniuersae consensum superbe faciut. nec id
mirum: Permissa n. vnicuiq licentia interpretandi pro libidine
sacras literas, et laxatis Ecc.ae habenis, quibus reguntur nrae
mentes, ne de recta rationis uia deflectant; tum vniuscuiusq
sensus tanq effrenatus equus rapiatur praeceps necesse est, et
de Deo, de Religione sententiae tam multae sint, quam sunt
varia et multiplicia hominum ingenia; quod accidere quotidie
videmus, dum alios libido, alios auaritia, alios vindictae cupi-
do stimulat; alios ambitio rapit, ut aut nouae alicuius sectae aucto-
res ferantur, aut ad immoderatam potentiam collectis uulgi studijs
aspirent: ita deteriora quotidie excogitari. Jam geminas illas Reipub.

furias Lutherum à Caluino, tanq tetram à teterrima bellua dila-
niatum ac pene consumptum esse; ab his ortos Trinitarios maius
atq immanius monstrum utrisq imminere: Hos in ipsam Dei na-
turam notionemq inuadere non dubitasse; quos quidem à Cal-
uini fontibus profluxisse, ne ipsi quidem, Caluiniani inficiantur,
qui in libro, quem contra Gregoriu quendam huius sceleris Principem
scripserunt, hoc eis iracunde exprobrarunt: Nisi vitula nra aras-
setis non inuenissetis. Hac nefaria licentia nihil iam esse in
Christiana fide quod non in dubium uocatum sit, neq finem huius
mali ullum uideri: vt n. prohiberi non possut aquae, ne in imu
quemq locum emissae defluant, ita hominum audaciam nihil in-
tactum relicturam, et in profundum impietatis torrentis instar rui-
turam esse, nisi Ecc.ae auctoritate tanq aggere et munitione coer-
ceatur. Hanc esse columnam et firmamentum veritatis; huic
adesse semper diuinum numen; hanc qui non audiut, totam igno-
rare salutis uiam; ea, qui non continentur, illa spe prorsus excludi
qua aeternae et beatae uitae fruendae alimur et sustentamur. Quo-
circa miserabiles tibi uideri, qui posthabita Ecclia auctoritate va-
gantur semper in tenebris, et proprij sensus fluctibus assidue iactan-
tur sic, ut neq portum ullum uidere, neq omnino quo nando ex-
eant constitutum habere possint. Atq ita aut Lutheri saxis,
aut Caluini scopulis adhaereant, quibus demum illisi misere pereant.
Te, cum diu Argentinae, diutius Tubingae fueris cum Lutheranis
cum Caluinianis hominibus, ut loci et temporis ratio ferebat fami-
liarissime uersatum, permulta, illa etiam puerili aetate animad-
uertisse, in illorum disciplina, quibus magnopere ab eorum commu